



Christenverfolgung unter Trajan

Plinius, Epistula 10, 96

Als Plinius gerade Statthalter von Bithynien war, wurden ihm Anzeigen gegen Christen vorgelegt. Da es bezüglich der Christen keine Gesetze gab, wandte sich Plinius in Epistula 10, 96 mit einer amtlichen Anfrage an Kaiser Trajan. Obwohl der Kaiser in seinem Antwortschreiben (Epistula 10, 97) keine Regelung der Christenfrage gibt, diente die Vorgehensweise des Plinius gegenüber den Christen im ganzen 2. Jahrhundert als Richtschnur.

PLINIUS TRAIANO

Sollemne¹ est mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere? Cognitionibus² de Christianis interfui numquam; ideo nescio, quid et quatenus³ aut puniri soleat aut quaeri. Nec mediocriter haesitavi⁴, sitne aliquod discrimin aetatum, an quamlibet teneri⁵ nihil a robustioribus⁶ differant; detur paenitentiae venia, an ei, qui omnino Christianus fuit, desisse⁷ non prosit; nomen ipsum si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur, interim in iis, qui ad me tamquam Christiani deferebantur⁸, hunc sum secutus modum⁹. Interrogavi ipsos, an essent Christiani. Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus, perseverantes¹⁰ duci iussi. Neque enim dubitabam, qualemcumque esset, quod faterentur, pertinaciam¹¹ certe et inflexibilem obstinationem¹² debere puniri. Fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant, adnotavi¹³ in urbem remittendos. Mox ipso tractatu¹⁴, ut fieri solet, diffundente se crimen plures species¹⁵ inciderunt. Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeeunte¹⁶ me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, ture¹⁷ ac vino supplicarent¹⁸, praeterea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur qui sunt re vera Christiani, dimittendos putavi. Alii ab indice¹⁹ nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem sed desisse, quidam ante triennium²⁰, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. <Hi> quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt²¹ et Christo male dixerunt. Adfirmabant autem hanc fuisse summam²² vel culpae suaे vel erroris, quod essent soliti stato²³ die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem²⁴ seque sacramento²⁵ non in scelus aliquod obstringere²⁶, sed ne furta²⁷ ne latrocinia²⁸ ne adulteria²⁹ committerent, ne fidem fallerent³⁰, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum³¹ tamen et innoxium³² (...). Dilata cognitione³³ ad consulendum te decucurri³⁴. Visa est enim mihi res digna consultatione³⁵, maxime propter periclitantium³⁶ numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum³⁷ et vocabuntur. Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio³⁸ pervagata est³⁹; quae videtur sisti et corrigi posse. Certe satis constat prope iam desolata tempa coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti⁴⁰ passimque venire⁴¹ <carnem> victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor⁴² inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari⁴³ possit, si sit paenitentiae locus⁴⁴.



Kommentar

¹sollemnis,-e: gewohnt

²cognitio,-ionis f.: (h.) Prozess

³quatenus: wie weit, in welchem Ausmaß

⁴haesito 1: zweifeln, zaudern

⁵quamlibet teneri: auch ganz Junge

⁶robustiores: Erwachsene

⁷desino 3,-sii,-situm: aufhören, ablassen

⁸defero,-fers,-ferre,-tuli,-latum: anzeigen

⁹hunc sum secutus modum: ich bin folgendermaßen vorgegangen

¹⁰persevero 1: auf etw. beharren

¹¹pertinacia,-ae f.: Reue

¹²obstinatio,-ionis f.: Starrsinn

¹³adnoto 1: vormerken

¹⁴tractatus,-us m.: Untersuchung, Verhandlung

¹⁵species,-iei f.: Sonderfall

¹⁶praereo,-is,-ire,-ii: versprechen, vorsagen

¹⁷tus, turis n.: Weihrauch

¹⁸supplico 1: opfern

¹⁹index,-icis m.: Anzeige, Verzeichnis

²⁰triennium,-ii n.: drei Jahre

²¹veneror 1: verehren

²²summa,-ae f.: Gesamtheit

²³status 3: bestimmt, festgesetzt

²⁴carmen dicere invicem: ein Lied im Wechselgesang singen

²⁵sacramentum,-i n.: Eid

²⁶obstringo 3,-strinxi,-strictum: verpflichten

²⁷furtum,-i n.: Diebstahl

²⁸latrocinium,-ii n.: Raub

²⁹adulterium,-ii n.: Ehebruch

³⁰fidem fallere: sein Wort brechen

³¹promiscuus 3: gewöhnlich

³²innoxius 3: harmlos

³³cognitio,-ionis f.: Verhandlung

³⁴decurro 3,-cucurri, -cursum: sich eilig wenden an

³⁵consultatio,-ionis f.: Frage

³⁶periclitantes,-ium m., f.: die Angeklagten

³⁷in periculum vocari: angeklagt werden

³⁸contagio,-ionis f.: ansteckende Krankheit

³⁹pervagor 1: sich ausbreiten

⁴⁰repeto 3, repetivi, repetitum: wieder aufsuchen

⁴¹veneo,-is,-ire,-ii: verkauft werden

⁴²empor,-oris m.: Käufer

⁴³emendo 1: bessern

⁴⁴locus,-i m.: (h.) Gelegenheit



Plinius, Epistula 10, 97

TRAIANUS PLINIO

Actum¹, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis² causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi³ non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut, qui negaverit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit⁴, id est supplicando dis nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetraret. Sine auctore vero propositi libelli *<in>* nullo crimine locum habere⁵ debent. Nam et pessimi exempli nec nostri saeculi⁶ est.

Kommentar

¹actus,-us m.: Handlungsweise, Weg

²executio 3,-cussi,-cussum: genau prüfen

³conquiro 3,-quisivi,-quisitum: aufspüren

⁴manifestum facere: beweisen

⁵locum habere: berücksichtigt werden

⁶pessimi exempli ... nostri saeculi: Gen. poss.